

**www.e-rara.ch**

**Marsilii Ficini ... de religione christiana opus plane divinum et huic nostro  
seculo pernecessarium**

**Ficinus, Marsilius  
Guillard.**

**Parisiis, 1559**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 8004

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-32312>

Capitulum XV.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

geli minora disponūt: singuli singulis custodes assistūt. Quemadmodum vero nouem sunt angelorum ordines, sic in nouem ordines distribuūtur animæ beatorū. quælibet enim ad eum ordinem, eumque spiritum tanquam suum (vt Plato inquit in Timæo) sidus ascendit, cui se in vita similem reddidit. Quauis enim animæ nostræ dum sunt in corpore, quartā sub luna hierarchiam efficiant, possunt tamen propter liberum rationalis naturæ motum, per omnes spiritus benignos ascendere, & descendere per malignos, præsertim cum medium rerum omnium teneant, ideoque omnium in se quasdam contineant qualitates: quo fit vt latissima sit progressio animarum. Elysiorū finis est luna, vitæ mortisque (vt Pythagorici volunt) confinium. sub ea quicquid est, morti & inferis deputatur: vbi quasi tot gradus pœnarum sunt secundum malignorum spirituum turbas, quot præmiorum sunt in cœlis secundum ordines benignorum. Nouies enim miseros Styx interfusa coerces, sicuti beatos campi Elysi nouies amplectuntur.

Aenei. 6.

*Generatio filij in æternitate, & declaratio in tempore. Capitulum XV.*

**A**Nte mundi temporalis initium est mundus æternus, mundi quidem huius exemplar, mundani verò architecti ratio & intelligibile verbum, gloriæ quoque ipsius splendor, & figu-

D E R E L I G I O N E

*ra substantiæ. Verbum huiusmodi semper pe-  
 nes deũ est, atq; est ipse deus. per hoc diuina po-  
 testas ab æterno dicebat ipsa secum tum seip-  
 sam, tum reliqua cuncta: ac dicendo imprime-  
 bat intrinsecus. Per hoc aliquãdo expressa sunt  
 extrinsecus tam secula, quàm quæ in seculis o-  
 mnia. Diuina hæc oracula post mysteria pro-  
 phetarum cœlestes illi spiritus Iohannes euan-  
 gelista & Paulus Apostolus hominibus fudere  
 de cœlo. Defecit autem a deo quandoque ge-  
 nus humanũ, neque sine deo poterat vnquam  
 in deum resurgere, quod ad ima ceciderat. Re-  
 surgere autem quandoque mentes humanæ de-  
 bebant, ne frustra deo creatæ fuissent, quæ ab  
 eo creatæ consequendi ipsius gratia fuerant.  
 Per dei verbũ formati quondam homines fue-  
 rant: per verbum idem reformari debebant, &  
 meritò. per intellectualis enim verbi lucem de-  
 pellenda erat caligo intellectus humani, per ra-  
 tionem dei rationale animal emendandũ. Er-  
 go statutis à diuina volũtate tẽporibus creauit  
 deus per verbum rationalem quãdam hominis  
 animam, quam eodem momento tenero fœtui  
 virginalis vteri per diuinum spiritum conci-  
 pientis coniunxit. Momento quoque eodem  
 verbũ ipsum naturam assumpsit humanam: at-  
 que ferme sicut ex anima illa immortalis, & mor-  
 tali corpore, homo factus est vnus: ita ex ho-  
 mine illo ac dei verbo factus est Christus deus  
 & homo. Sic infinita bonitas quæ se commu-  
 nicare*

nicare vult omnibus: tūc modo quodam aptissimo se ipsam cunctis communicauit, quando sibi cōiunxit hominem: in quo tāquam in media rerum specie cuncta comprehendūtur. Neque mutauit tunc sedem suam diuina maiestas, cū sit semper vbique: neque se ad humana quasi per defectū deiecit diuina sublimitas, sed humana ad se potius eleuauit: neque infinita diuini solis lux, ex adiunctione hominis vllō modo infici vnquam potuit, sed homo inde superillustrari ac perfici. Atq; vt in homine augeri & minui sic ad corpus pertinent, vt in animā nunquā penetrant: ita in Christo humana pati propriè ad hominē pertinebat, in diuinitatem nō penetrabat. Christus igitur vt homo patiebatur humana, vt deus diuina operabatur.

*Conueniens fuit Deum se hominī iungere.*

*Capitulum XVI.*

**C**Vr olim deus homo factus est? Vt homo quandoque quodammodo deus efficeretur. Deus enim quodammodo fieri potest, qui naturali instinctu cupit studetque esse diuinus. Non potest autē in deum surgere, nisi deus aliquando ita trahat vt surgat, quemadmodū ante traxerat vt appeteret. Sed rem hāc ab alio principio repetamus. Summus opifex summum manifestumque debet opus efficere. tale vero illud est, quo maius effici nequit. Tale igitur ma-